Disputatio physico-medica inauguralis, de hominum varietatibus ... / Eruditorum examini subjicit Robertus Eveleigh Taylor.

Contributors

Taylor, Robert Eveleigh. University of Edinburgh.

Publication/Creation

Edinburgi: Excudebant Adamus Neill et Socii, 1800.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/an3ddhqt

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

DISPUTATIO PHYSICO-MEDICA

INAUGURALIS,

DE

HOMINUM VARIETATIBUS.

DISPUTATIO PHYSICO-MEDICA INAUGURALIS,

STET

HOMINUM VARIETATIBUS

AW R. O. G.

MUNICIPE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE REVERENDE ADMODUM VINI.

DOISH TO THE SHOP MERICA

Amplification SENATUS ACADEMICI Controlis.

Out &

CRADE DOCTORIS.

SUMMISOUR IN MEDICING HONORINGS AC PRIVILEGIES

TIME THE SHOWARD MUNICIPAL WAR

HOMBIEN VARIETATINUS.

SCOTOBELTS A NUMBER

and the max and but there

in It make and states blend, soften, and unite in it is there at make or make in Porp.

vini Calend. Jul. hord Jocoque folicies.

EDINBURGA

NACE THE CALLS NAMED AND THE SOCIE

D5100 M

DISPUTATIO PHYSICO-MEDICA INAUGURALIS,

DE

HOMINUM VARIETATIBUS;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,

D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NECNON

Ampliffimi SENATUS ACADEMICI Confensu; et Nobiliffimæ FACULTATIS MEDICÆ Decreto;

PRO

GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

ROBERTUS EVELEIGH TAYLOR,

SCOT O-BRITANNUS:

SOCIET, REG. MED. EDIN. SOC. EXTR.

POPE.

VIIIº Calend. Jul. horâ locoque solitis.

EDINBURGI:

EXCUDEBANT ADAMUS NEILL ET SOCII.

M DCCC.

[&]quot; If WHITE and BLACK blend, soften, and unite

[&]quot; A thousand ways, is there no BLACK or WHITE?"

Digitized by the Internet Archive in 2020 with funding from Wellcome Library

PATRI,

JOANNI TAYLOR, M. D.

AD

BOLTON LE MOORS,

IN

PRÆFECTURA LANCASTRIENSI,

MEDICINAM

FACIENTI,

cujus

AMICITIAM POTIUS QUAM AUCTORITATEM

A PUERILIBUS ANNIS

EXPERTUS EST;

HANC DISPUTATIONEM

SACRAM

VULT

R. E. TAYLOR.

PATRI,

1818 POPE ATABLE MORE

CA

AROUND II ON THE PROPERTY

100

PREPRETURA LANGASTRIBUSI.

MEDICINAM

HOMINUM, VARJETATIBUS

SULUS

MATATION POLICE CONTRACTOR MATTIONICA

A PURRETTARES ANNES

DISPUTATIO PHYSICA

INAUGURALIS,

DE

HOMINUM VARIETATIBUS.

UI, varia, necne, sint hominum genera, disputârunt, ii, ad nostram ferè ætatem usque, tantùm animadverterunt, quis iis color sit, quæ figura, quales capilli, qualesque cæteræ notæ externi corporis; atque conati sunt ostendere, horum varietates accidisse

disse ex cœlo, diæta, imperio, moribus, et, si qua, similibus.

Nuperrimè verò anatomici et physiologi animos etiam ad interiores et reconditas partes humani corporis adverterunt: et multi, ex ingenio clari, Camperus, nempe, Blumenbachius, Soemmeringius, et Whitius, ostenderunt, magnas itidem internarum hominum corporum partium functionumque varietates existere; quas, quare ita sint, cœlum diæta, imperium cui paretur, mores, hisque, si qua, similia, exponere non possunt.

In hac disputatione, quæ exiguis sanè finibus coercetur, nobis consilium est, tantum animadvertere, quæ sint præcipuæ humani generis varietates; atque ostendere, philosophos, qui, totum genus communi stirpe ortum esse, omnibus nervis contendunt, nondum satìs explicare potuisse, quibus ex causis varietates oriantur.

Si ullam varietatum, quibus, diversis orbis terrarum partibus, diversi populi insignes sunt, cœlum efficere posset, efficere certè posset varietates coloris. Mihi igitur consilium est, ante omnia, quam potero brevissimè excutere argumenta eorum, qui contendunt, diversos humani generis colores cœlo prorsus oriri. Si eorum argumenta, de hac re, evertere potero, opinionem, quam acceperunt, communem nempe, initio, multicolorum humani generis populorum stirpem fuisse, magna ex parte labefactabo.

Priùs verò, quam aggredimur probare, varietates coloris non cœlo effici, pauca dicenda sunt, de ejus sede; quæ, utì plurimi putant, est in rete mucoso.

Ex iis, quæ observârunt Albinus, Cruikshankius, et Whitius, constat, hanc membranam ex duabus laminis compositam esse, quarum, in nigris hominum, interior, cuti veræ proxima, saturatior est, quâm exterior, cuticulæ conjuncta. "Reticuli color," inquit Albinus, "ad quem redeo, saturatior "est, quà id cuti proximum; ab altera parte, "qua epidermidi conjunctum, jam aliquantum extinctus. Itaque intelligi potest, quî fiat, "ut extrinsecus Æthiops tam fuscus non "sit, quàm est pars intima reticuli sui."

Ex his, utì mihi videtur, clarè constat, nigrorem non solis radiis effici, ut quidam putârunt. Nam, si ita esset, oportet, externa retis mucosi lamina, quæ solis radiis maximè objicitur, internâ sit saturatior.

At asserunt ii, qui contrariam nostræ opinionem defendunt, eas partes corporis, quæ, præ cæteris, solis ictibus exponuntur, sicut facies, nigerrimas esse. Facies autem nigerrima pars æthiopum est, non quia soli maximè exponitur; sed quia, ob majorem cuticulæ in ea parte perluciditatem, rete mucosum clariùs perspicitur. Quinetiam, id sanè quod illorum opinionem multùm infirmat,

firmat, scrotum ÆTHIOPUM est omnium corporis partium, præter faciem, nigerrima, etiamsi solis radiis parùm objiciatur.

Hinc obiter constat, quam absurdum sit existimare, uti Smithius, ullam similitudinem esse inter humanam cutem solis ardore fuscandam, et fomitem ad ignem torrendum.

"If the force," inquit hic auctor, "of the "fire be sufficient, at a given distance, to "scorch the fuel, approach it as much near.

"er, as is proportionate to the difference of "heat between the American climate and "that of Africa, and it will burn it "black(A).

In alia parte opusculi, haud minus ineptè argumentatur Smithius; ubi dicit, " a hair " held

⁽A) Vid. SMITH. On the Variety of the Human Species, edit. Edin. M,DCC,LXXXVIII. pag. 25.

"held near the fire instantly coils itself "up(B);" atque hinc concludit, itemque Mackintoshius, qui eum sequitur credulus, crispos et tortos capillos ÆTHIOPUM calore effici.

An verò putant Smithius et Mackintoshius, aëra, quo vivunt nigri Africanorum, unquam usque eò calescere, ut in eo capillus subitò se torqueret? Unquamne audiverunt, capillos Europæorum, qui viserunt Africam, sese solis ardore involvere? Unquamne ad eorum venit aures, Blagdenum, Fordycium, aliosque quosdam, experiendi causa, aliquandiu in aëre vixisse, cujus calor tantus erat, quantum trecentesimus vigesimus quintus thermometri Fahrenheitiani gradus

⁽B) Vid. SMITH. On the Variety, &c. pag. 56.

DE HOMINUM VARIETATIBUS.

gradus indicat; atque nihilo tamen magis tortos eorum capillos evasisse? Vel creduntne, contrà atque accidere solet, calorem modicum et perpetuum ad quamlibet cujuslibet mutationem æquè valere, atque calor intensus subitò admotus? Nunc eò, unde aberravit oratio, redeamus.

Contendunt, porrò, ii, quibus videtur, omnes humani generis populos communi stirpe ortos esse, nigros hominum, qui Africam incolunt, si in temperatiores regiones Galliæ et Britanniæ migrarent, ibique commorarentur, labentibus seculis, albidos paulatim evasuros, atque Europæis non solúm colore, sed etiam capillis, et oris notis, prorsús similes.

Contrà, asserunt, candidissimos Europæorum, dummodo permutarent suam patriam adustis regionibus Africæ, atque indigenarum mores asciscerent, vertentibus seculis, nigrorem ducturos esse, atque omnes proprietates proprietates ÆTHIOPUM cum iis futuras communes.

Sed, pergunt illi, quò adhuc clariùs perspiciamus, quantùm ad colorem humani generis variandum possit cœlum, ante oculos
ponamus diversos populos, qui inhabitant intermedias regiones, inter nostras et circulum
æquinoctialem; atque, his attento animo
lustratis, clarissimè patebit, quo magis quæque calet regio, eo fusciores aut nigriores esse
incolas.

Ad circulum enim æquinoctialem, et in regionibus huic contiguis, ubi solis ardore torrentur agri, hominum genus nigrum est. In regionibus verò hinc ad septentrionem vergentibus, usque ad australes Barbariæ fines, ubi ardores aliquantum remittunt, languescit hominum nigror; atque intermedius est, inter eum regiones prope circulum æquinoctialem incolentium, et Maurorum, qui regiones tenent prope Mediterraneum mare.

MEDI-

MEDITERRANEO MARI trajecto, in conspectum veniunt Lusitani et Hispani, neutiquam æquè nigri, atque MAURI; sed multo tamen fusciores, quam Galli, cæterique EUROPÆ populi, qui loca, magis ad septentrionem spectantia, tenent.

Ecce, igitur exclamant illi, colores humani generis, serie intermedios, inter nigrorem GANGINUM, et roseum BRITANNORUM candorem. Et, cum in fervidissimis regionibus vivant nigerrimi hominum, et in temperatissimis candidissimi; est, utì contendunt, quamobrem concludatur, humani generis coloris varietates, quotquot sint, vi præcipuè solis effici.

Sic argumentantur Buffonius, Smithius aliique, quotquot, communem humani generis originem fuisse, contendunt.

Primo intuitu, eorum argumenta fide digna videntur. Sed, simul ut ratiocinemur, unde adducantur, non possumus concedere, verum esse id, quod hinc illi concludunt. Ipsi, enimvero, auctores multa objicienda prænoscere et præcogitare videntur; et, ut anteoccupent, quæ, inter disputationem, putant oppositum iri, sese præmuniunt, interjiciendo argumentis, quantâ quæque regio altitudine sit; mari, necne, proxima; culta, an inculta; unde eam perflent venti; sitne sicca, an humida; arenosa, an herbis frumentoque læta (c).

Haud, enimvero, dubium est, quin hæc ad temperiem locorum variandam valeant. Hoc eognito, qui, hominum genus communi origine ortum esse, contendunt, ii, modò incolæ cujuslibet regionis sint nigriores aut candidiores, quàm,

(c) Vid. SMITH. On the Variety, &c.

Buffon. Histoire Naturelle, tom. vi.

Blumenbach. De Generis Humani Varietate
Nativa, edit. Gottingæ, m,dcc,xcv.

HERDER. Philosophy of the History of Man, Translated by Churchill, M,DCCC. quam, pro hujus distantia à circulo æquinoctiali, debent, his causis tribuunt: quibus, enimvero, quoties eorum argumentationi convenit, plus credunt, quam regionis declinationi ab orbe æquinoctiali; at nihil omnino innituntur, quandocunque incolarum cujusvis regionis color perinde est, atque, ex hujus à circo æquinoctiali distantia, esse debere putant.

Quinimo, subsidiariis his causis effectus dissimiles, potiusve inter se contrarios, haud rarò attribuunt. Nam, si iis objiciatur, incolas cujuslibet regionis candidiores esse, quam pro declinatione; respondent, quidni? quum incultu squalida sit, et aut silvis opaca, aut virgultis obsita, aut paludosa, aut fluviis perennibus irrigua; ideoque frigidior, quam, pro declinatione à circulo æquinoctiali, esse debet (D).

Contra

⁽D) Vid. SMITH, pag. 161.

Contra ea, ubi adustiores expectatione sunt, usquam gentium, homines; asserunt, enimvero haud mirum, quoniam loci incultu, fluminum auris, paludumque anhelitu, eorum corpora vix minùs, quàm solis ardoribus, fuscantur (E). Atque, sicubi iis contradicatur, bene coli regionem; concedunt, sanè coli, at en, inquiunt, contiguas, quàm squalidæ sint, quàmque deformes.

Nulli, dicunt, inter solstitiales metas continentis Americanæ, æthiopes sunt; quòd, qui loca tenent, ad Oceanum Atlanticum vergentia, ii vento à solis ortu perpetuò refrigerantur; dum, qui loca inhabitant, spectantia ad Oceanum Pacificum, ii haud minùs assiduè, vento à solis occasu (f).

Incolæ,

⁽E) Vid. SMITH. pag. 31 .- 73.

⁽F) Vid. SMITH. pag. 162.

13

Incolæ, porrò, utì dicunt, inter solstitiales metas Asıæ, nigri non sunt; quia vento ab oceano refrigerantur, vicissimque à continente (G).

Quinetiam affirmant, juga montium, ventos frigidos arcendo, subjacentes regiones reddere calidiores, quam aliter essent. Atque, iidem pergunt dicere, venti à montibus altis niveque obrutis, loca humiliora, quæ perflant, frigidiora, quam pro inclinatione, faciunt.

Quoties verò cunque hominum color perinde est, ac, horum disputantium opinione,
loci inclinationi consentaneus est; ne unum
quidem verbum dicunt, de ventis, de oceanis,
aut de paludibus, fluviis, et montibus. Enimvero, venti vel reflant, vel sufflant, vel
perflant;

⁽G) Vid. SMITH. pag. 148.

perflant; vel flant fervidi, vel frigidi; vel omnes auræ silescunt, silentve; prout horum disputantium partibus consonent, aut dissonent. Sic, profectò, ipsis persuadent, opinionem, quam nec satìs excussam acceperunt, veram esse; ut non discerni possit, utrùm confidentiùs et faciliùs montes submoveant, an inclinent ventos, carcereve cohibeant.

Eorum autem longè audacissimus Buffonius est. Is enim uno styli momento lata imperia demovit. Japonienses, utì contendit, Sinensibus adustiores sunt, quòd ad meridiem propiores sunt, ideoque fervidioris solis ictibus exponuntur (H). Japonienses verò, contrà ac affirmat hic auctor præclarus, insulam incolunt, quæ à Sinensibus spectat inter septentrionem et orientem solem; et igitur.

⁽H) BUFFON. Hist. Naturelle, tom. vi. pag. 125.

igitur, si cœlum, quo degunt homines, sola causa efficiens coloris esset, candidiores esse debent.

Præterea, hi auctores, quibus meherculè dii ipsi ventorum, marium, ecelique vix potentiores sunt, non timent asserere, magnam vim frigoris, æquè ferè atque caloris, ad colorem humani generis fuscandum, nigrumve faciendum, pollere †.

Sed, ne tempus diutiùs teram ostendendo, quàm sibi dissentanei sint, quod sanè præjudicatâ opinione oritur; nunc ad præcipuum argumentum, quo innituntur, redeo, ut, scilicet, animadvertam, an verum sit, quod dicunt; nempe, inter utrumque polum et orbem æquinoctialem, colorem humani generis,

⁽¹⁾ Vid. SMITH. pag. 32.

ris, prout à polo utrolibet decedatur, sensime fuscari et nigrescere.

Ex australi parte fluvii Senegalis, qui decies centena ampliùs millia passuum à circulo æquinoctiali distat, incolæ hominum nigerrimi sunt. Quo, enimvero, clarè constat, per hoc immensum ferè spatium, hominum nigrorem nihil languescere. Sed animadvertite, sultis, quantum à se ipsis dissideant. Namque, quod decies centena millia passuum non possunt efficere, id, utì contendunt, efficit fluvius Senegal, cujus maxima latitudo vix mille ulnas excedit. A ripa enim septentrionali, vivunt homines, qui tanto ÆTHIOPIBUS ripæ oppositæ candidiores sunt, quanto ipsi EUROPÆIS adustiores, qui SEQUANÆ THA-MESISVE ripas incolunt.

Possuntne colores tam diversi, quam ii hominum, ex oppositis Senegalis ripis degentium, dici gradatim variare? Nonne potius subitò et abrupte transitur à nigro ÆTHIO-

PUM colore, ad fuscum Maurorum? Quipote enim, tam parvâ distantiâ, cœlum tantam efficiat mutationem? Nedum, profectò, diversa vivendi ratio, aut diversum soli ingenium, tam discolores hominum gentes efficere potest. Nam, si hæc, per se, valerent, palantes Mauri, quorum præcipua cura est, in regione arenosa, neque, nisi in raris locis, herbidâ (K), agere armenta et greges, et quærere, ubi quiete et pabulo læto reficiant, cùm solis ictibus magis exponantur, debent adustiores esse; quam ÆTHIOPES, otiosissimi sanè homines, qui, fertilissimos agros tenentes, multo rariùs solis fervori se objiciunt, sed ardentissimas de die horas demunt, membra strati sub patulis arboribus, quæ perenni foliorum viriditate tuguria undique opacant.

Qui tamen ÆTHIOPES SEU NIGRI, ab australi Senegalis parte, vivunt, ii, utì ferunt navi-C gatores

⁽K) Vid. BUFFON. Hist. Nat. tom. vi. p. 224.

18 DISPUTATIO PHYSICA

gatores et viatores, sunt nigriores vel iis, qui, sub circulo æquinoctiali, ictibus fervidi solis imminentis aduruntur: dum ex Mauris nati, qui, sedibus incertis, per agros steriles, à septentrionali Senegalis parte, vagantur, modò eorum parentes connubio Æthiopum non commixti sint et inquinati, haud minùs iis candidi sunt; qui regiones Mari Mediterrarameo finitimas incolunt, viginti ferè gradibus ambitûs orbis terrarum, septentrionibus propiores.

HISPANORUM atque LUSITANORUM, quamvis fusci sint, infantes tamen, qui aëri nondum expositi sunt, æquè, quantum scio, ac
cæteri Europæi, candidi sunt. Fuscus color
solis fervore, ex parte, efficitur; neque adeò
inhæret cuti, quin, modò in locis frigidis
paucos annos commorentur, recandeat.

Quinetiam, etiamsi adhuc magis cæteris Europæis discolores essent Lusitani et Hispani, tamen dissimilitudo veriùs, meâ opinione, nione, attribueretur confusioni seu mistui HISPANORUM et MAURORUM. Quum enim hi populi, per complura secula, HISPANIAM tenerent, fieri vix potuit, quin primò privatis necessitudinibus jungerentur, deinde affinitatibus ac propinquitatibus immiscerentur; sanguine connubiis sic sociato, ut contaminaretur color ex candido roseus, qui Europæorum proprius est, quoque à cæteris orbis terrarum indigenis facilè distinguuntur.

BUFFONIUS asserit, ÆTHIOPES in iis duntaxat plagis existere, quæ à circulo æquinoctiali, octodecim haud amplius gradus, utrobique distant.

Si verò orientalem Africæ oram oculis lustramus, nullos ÆTHIOPES perspiciemus, nisi in locis alterutrum orbis terrarum polum propioribus.

Quinetiam, quod sanè mirum est, Abissi-NI, AJANI, et ZANGUEBARII, qui totam regionem nem tenent intermediam, in qua sola, sicut asserit Buffonius, habitant Æthiopes, aut fusci sunt, aut colore olivam referunt; Arabibus, enimvero, australibus haud multum absimiles, atque ad candidum hominum genus, magis quam ad Æthiopicum, pertinentes (L): dum Nubini et Monomotapii, qui, utrobique orbis æquinoctialis, regiones, inter decimum octavum gradum et metam solstitialem, inhabitant, illi septentriones versus, hi austrum, repleti atritate sunt.

A PATERSONE, porrò, medico, accipimus, homines, qui incolunt regionem, quæ à BoNÆ Spei Promontorio inter septentriones et orientem solem, usque ad trigesimum primum gradum, spectat, coracinos esse. Agri
tamen solum frugum fertile est, atque satis
riguum; et tantum abest, ut cœlum fervi-

dum

⁽L) Vid. BUFFON. Hist. Nat. tom. vi. pag. 262.

DE HOMINUM VARIETATIBUS. 21

dum sit, ut fruges haud rarò frigoribus adurantur (M).

Si ad septentriones oculos vertimus, satis apparebit, colorem humani generis nequaquam, prout cœlum, sub quo vivitur, longiùs à circulo æquinoctiali declinet, paulatim ex nigro albescere. Ut enim in australi mundi latere, ita in septentrionali, oculus ob uno hominum colore ad alium, imò contrarium, ex continenti, transit. Et, etiamsi concederemus, id sanè quod, nostra opinione, minimè concedendum, magnam vim, sive caloris sive frigoris, æquè ad colorem denigrandum pollere; talis tamen concessio neutiquam explicaret, quamobrem abruptè ab atricoloribus hominibus transeatur, ad albidos.

FINNI, et Norvegienses septentrionibus

⁽M) Vid. CAROL. WHIT. Account of the regular gradation in man and in different animals, and vegetables, and from the former to the latter. Edit. LOND. ann. M,DCC,XCIX, pag. 103.

proximi, etiamsi in regionibus inhabitent, haud minus frigidis, quam Lappia est, tamen, ut accipimus, proceri sunt, pulchri, bene formati, atque cæteris Europæis candidiores (N). Lappiani, contrà, qui his finitimi sunt, fusci, uti ferunt auctores, sunt, seu olivæ colore saturi, imò interdum tantum non atrati (o). Homuli, porrò, sunt, vix quatuor pedes proceri.

LAPPIANUM genus, quo comprehenduntur Borandiani, Samoidei, Lappiani strictiùs dicti, Zembliani, Groenlandici et Esquimauxii, omnibus aliis specie adeò dissimile est, ut Buffonius putet, genus prorsùs diversum; quoniam diversi hi populi, quos complectitur, nullà re, nisi deformitatis gradu, in-

ter

⁽N) Vid. KAMES. Sketches, &c. of the History of Man, Edin. M,DCC,LXXIV. vol. i. pag. 12, 13.

⁽o) Vid. Buffon. Hist. Nat. tom. vi.

SMELL. Philosophy of Natural History, edit. Edin. M,DCC,xC. pag. 159.

DE HOMINUM VARIETATIBUS. 23

ter se differunt. Transitio à Norvegiensibus ad Lappianum genus, quod tam ab iis non solum colore differt, sed etiam magnitudine corporis, et notis oris, abrupta est.

" En examinant tous les peuples voifins de " cette longue bande de terre qu'occupe la " race LAPPONNE, on trouvera qu'ils n'ont aucun rapport avec cette race."---" Les " Samoienes et les Borandiens ne reffem-" blent point aux Russiens, les Lappons " ne ressemblent en aucune façon aux Fin-Nois, aux Gors, aux Danois, aux Nor-" VEGIENS; les GROENLANDOIS sont tout aussi différens des sauvages du CANADA; ces autres peuples sont grands, bien faits, et " quoiqu'ils soient assez différens entre eux, " ils-le font infiniment plus des Lappons (P.)" Quantum in humanum corpus possit frigus, fusè dicit Smithius, cujus opinione, vix minus pollet, quam calor. Conatus est descri-

bere.

⁽P) Vid. Buffon. Hist. Nat. tom. vi. pag. 108.

bere, quemadmodum singulas oris notas efficiat; at maximè verò, quemadmodum eas conformet Lappianorum.

Ejus autem argumentum evertunt res, quas nuper, de Tisichutscis (p), cognovimus. Hi enim, etiamsi eam partem Asiæ, Arctoo Mari finitimam, habitent, quæ spectat inter septentriones et orientem solem; adeò tamen non referunt imbecillos, timidos, deformes, atque exiguis corporibus Lappianos, quales homines, utì conjectat Smithius, ubique, prope cardines orbis terrarum, siti sunt, ut sint proceri, robusti, bene formati, et insuper intrepidi atque bellicosi, ut usquam in terris. "In short," inquit Cookius, "they appeared to be quite a different nation, which the Rus-

Attamen regio, quam tenent, frigidissima omnium est, quas hactenus descripserunt auctores.

⁽P) Ipsorum linguâ, sese Tschutski appellant.

tores. Guthreius enim, gente Scotus, medicus Petropolitanus, certiores nos facit, naturale frigus, quod, apud Tisichutscos, Billingius expertus est, vehementius vehementissimo fuisse, quod Petropoli arte generare potuerat; cum eo multo vehementius esset, quo consistit hydrargyrus (Q).

Incredibilis ferè potentia, qua gaudent Tisichursci, tolerandi tantam vim frigoris, res sanè magni momenti est in historia humani generis. De ea verò postea fusiùs dicemus.

Quàm diversis coloribus, pariter atque aliis notis, populi, exiguo tantûm spatio discreti, dignoscantur, disci potest ex sequente exemplo.

Tichocanii insulam habitant, quam, ipsorum linguâ, Тiсносам (R) appellant, quam D verò

⁽Q) Vid. Duncan. Annals of Medicine in ann.
M,DCC,xcvIII. pag. 403. et seq.

⁽R) Vel potius TCHOKA.

verò Segalienam navigatores; sitam, inter quadragesimum sextum et quinquagesimum quartum gradum declinationis à circulo æquinoctiali, septentriones versus, et perangusto freto ab orientali TARTARIÆ ora divisam. Incolæ oppositæ continentis, etiamsi, ut ab infelice et desiderando Perousio accipimus, probâ indole sint, atque virtutibus insignes, et, præ morum suavitate, advenis cari atque accepti; corporibus tamen exigui sunt, deformes et imbecilles: dum TICHOCANII, qui oppositam insulam tenent, et eâdem ferè cum iis vivendi ratione utuntur, pulchri sunt, robusti, bene conformati, validi, corporisque magnitudine Gallis haud multum absimiles. Multo, porrò, fusciores insulares sunt, itemque corpore hirsutiores, quam TAR-TARI finitimi.

"These differences," inquit ROLLINUS,

seem to point out an essential difference of

species, since they live in the same cli
mate,

DE HOMINUM VARIETATIBUS. 27

- " mate, and there is a striking analogy, or
- " rather scarcely any difference, in their
- " manners and modes of life (s)."
 - " Nature," inquit PEROUSIUS, " has stamp-
- " ed so remarkable a difference between the
- " natural strength of these two nations, that
- " it constitutes, much more forcibly than a
- " medal or any other monument, an indis-
- " putable proof, that these islands have not
- " been peopled from this part of the conti-
- " nent, and that their inhabitants are a co-
- " lony perhaps even strangers to Asia (T)."

Oceano ferè immenso, qui interfluit, inter orientalem partem veteris semiorbis et occidentalem partem AMERICÆ, interseruntur insulæ, in quarum plerisque homines vivunt.

Ex

⁽s) Vid. J. F. G. Perous. Voyage round the World, Anglicè vers. octav. Londin. M,DCC,xCVIII. vol. iii. pag. 241.

⁽T) Vid. Perous. vol. ii. pag. 486.

Ex his insulis nonnullæ, in media ferè australis semiorbis parte, aspera et montosa cacumina efferunt : aliæ luxuriant viridantibus, et fœcunditate rident, prope metam solstitialem septentrionalem: dum longè plurimæ, hinc atque hinc, prope circulum æquinoctialem, sitæ, hunc oceanorum maximum mediâ quasi zonâ, centum et quadraginta, ab ortu solis ad occasum, gradus ambitûs orbis terrarum longâ, cingunt eodem ferme modo, ut ait Perousius, quo lactea plaga medium cœlum.

In his verò insulis immenso oceano intersitis, et haud rarò magno spatio discretis, cœlum ad colorem humani corporis variandum parum posse videtur. Per septuaginta enim orbis terrarum declinationis gradus, nulla aboriginum, qui eas inhabitant, dissimilitudo colorum tanta apparet, quantam in locis veteris continentis, exiguo duntaxat fine separatis, videmus.

Nova, porrò, Zealandia, et Gallia, in oppositis semiorbibus, æquè à circulo æquinoctiali distant. Aborigines autem Zealandici cupreo colore sunt; dum Galli, albido. Otaheitea haud longiùs ab orbe æquinoctiali distat, quàm fluvius Senegal. Homines autem, ex australi hujus fluvii ripa, colore coracini sunt; dum Otaheiteani, ut à Kingio navigatore accipimus, albidiores sunt, quàm aborigines Novæ Zealandiæ; qui siti sunt in media ferè parte zonæ temperatæ, ubi cùm hiemes tum æstates temperatiores sunt, quàm in Gallia aut Britannia.

Memoratu obiter dignum est, OTAHEITEANOS ferè nudos esse; dum Novi ZealanDICI, à capitibus usque ad pedes, vestibus
teguntur, ideoque si, utì putat Smithius,
vestitus ad colorem dealbandum polleat, albidiores esse debent, quàm Otaheiteani.

MARQUESARUM insularum, quæ sex haud ampliùs gradus ab orbe æquinoctiali, austra-

lem in partem, declinant, incolæ adhuc albidiores sunt, atque formosiores, quàm O-TAHEITEANI. Proceritate corporis, ut à Cookio accipimus, procerissimos Europæo-Rum æquant; atque fœminarum et infantum haud pauci, Europæos ferè candore. Nullibi major formæ humanæ dignitas conspicitur. Nusquam gentium, hominum corpora artubus aptiùs finguntur, aut notæ oris majore lepore consentiunt.

Novarum Hebridum, et Thalassiarchiæ Insularum (u), quæ, occasum solis versus, eodem spatio ab orbe æquinoctiali distant, quo Marquesanæ Insulæ, incolæ, utì estantur Cookius et Carteretus, nigri sunt, atque laneis capillis, æthiopibus, ferme per omnia, similes.

In Mallicola, insulâ quæ à circulo æquinoctiali, austrum versus, sexdecim gradus distat,

⁽U) Anglice, ADMIRALTY ISLES.

distat, aborigines, sicuti Cookius auctor est,
Otaheiteanis et Marquesanis adeò non
similes sunt; ut simi sint, oblongis capitibus,
faciebus depressis, Thersite ipso deformiores, omnibus populis absimiles, quos in
Oceani Australis insulis viserat.

Neque, profectò, aborigines, qui in Australis Oceani insulis habitant, quorumque alii cuprei sunt, alii nigri, magis inter se colore et aspectu differunt, quàm indole, ingeniis, et linguâ.

A navigantibus, occidentem versus, Novam Guineam venitur, insulam longam et angustam, declinantem à circulo æquinoctiali, austrum versus, ferè usque ad duodecimum gradum; et ab hominibus possessam, qui nigrore, oris notis, laneis intortisque capillis, Africæ æthiopes simulant.

Ubi huc perventum est, denuo Smithium offendimus, gestientem, se tandem gentem invenisse, quæ opinionem confirmet ab illo propositam;

propositam; nigrum, nempe, colorem gentium plerisque, prope orbem æquinoctialem. communem esse. verse verse bed

Quoniam, nisi in occidentali ora Africa, unde profectus est, nullos ETHIOPES, prope circulum æquè à polis distantem, Smithius conspicatus est; haud scio, annon crudele sit, ei invidere voluptatem, qua ex una tandem NIGRORUM gente visa fruitur.

Hæc verò nigrorum gens, quæ tantâ Smi-THIUM voluptate afficit, aded non opinionem confirmat, ut potius prorsus evertat. Namque omnibus causis, quæ, utì contendit, obstant, quò minus ÆTHIOPES sint in iis AME-RICE, ASIE, et orientalis AFRICE oræ, partibus, quæ, hinc atque hinc, circulo æquinoctiali propinquæ sunt, indigenæ Novæ Guineæ objiciuntur.

Inventis in Nova Guineæ ÆTHIOPIBUS, Smithius, pro concesso, habet, neque, profectò, aliter sibi consentaneus esse potest, hanc

hanc insulam fervidissimam esse, partim, utì putat, ob situm, partim ob magnitudinem.

Sed, quanto errore versetur, clarè apparebit, ex comparatis AMERICÆ locis, quæ circulo æquinoctiali utrobique propinqua sunt, AMAZONIA nempe et BRASILIA, cum No-VA GUINEA. Illa enim propinquitate maris, ubertate soli, et luxuria viridantium, haud feliciora sunt, quàm hæc insula; in qua refrigeranda haud opus erit, ut, id sanè quod contra naturam est, perflent simul oppositi venti, quorum unus ab occasu solis assiduè venit, ab ortu alter; sine quorum conspiratione AMERICANAM continentem SMITHIUS refrigerare nequit. Namque incolis Novæ GUINEÆ ventus, undecunque spiret, haud minus gratum frigus afferet, quam oppositi venti afferunt iis populis, qui habitant BRA-SILIAM, PERUVIANAM et ABYSSINIAM.

Nigrities igitur aboriginum, qui Novam Guineam tenent, Smithii opinionem adeò

non confirmat, ut potiùs labefactet; cùm ostendat, quantillùm ad colorem albidum conservandum possint subsidiariæ causæ, quibus tam confisus est hic auctor. Si enim calor, concurrentibus simul aliis, nigrorem efficit, cur non, ubique terrarum, inter solstitiales metas, ÆTHIOPES existunt?

Argumenta verò adhuc firmiora, quibus convellatur Smithii opinio, adduci possunt ex perlectis iis, quæ, de Novæ Hollandiæ aboriginibus, navigatores literarum memoriæ consignârunt.

Magna continens terra, Nova Hollandia dicta, quæ terra firma totam ferè Europam æquat, atque bis millies millia passuum in polum australem vergit, tenetur ab hominum genere haud minus nigro, atque capillis laneo, quam sunt æthiopes, prope circulum æquinoctialem, imminentis solis ardoribus incocti.

Novi Hollandici, corpora nudi, moribus rudes ut nihil possit ultrà, liberi atque soluti,

tremitates haud minus distant, quam fluvii,
Thamesis et Senegal. Qui tamen, ad extremitatem australem, circa Sinum Navis AuDacis (x), vivunt, ii colore et capillis nihil
prorsus differunt ab iis, qui prope ripas Fluvii Navis Conatricis (y), ad oppositam
extremitatem, vagantur.

Color faciei, qualis Europæorum communis est, nusquam australis semiorbis, inter aborigines, conspicitur, etiamsi, in hoc, tot tantæque, ac in septentrionali, cœli varietates sint.

Galli, quorum patrium solum quadraginta tres orbis terrarum gradus, septentriones versus, declinat, albidi sunt; dum nigri Diemenses, atque cuprei Novi Zealandici, etiamfi eorum utrorumque patria totidem gradus recedat ad austrum.

Neque,

⁽x) Anglice, ADVENTURE BAT.

⁽Y) Anglice ENDEAVOUR RIVER.

Neque, profectò, hi populi colore magis differunt, quàm ingeniis et moribus. Novi
Zealandici, à capite ad calcem usque,
vestiuntur, et armis utuntur, iisque artificiosis; ferri, aliorumque quæ manu faciunt EuROPÆI, cupidissimi. Contrà, Novi Hollandici, tota corpora nudi, dona iis ab Europæis oblata aspernantur aut abjiciunt; armorum
inscientes pariter atque incuriosi.

Mackintoshius attribuit frigoribus cœli, quibus, utì putat, objicuntur. "Quantùm," inquit, "hominum animi frigoribus torpes-" cant et marceant, indigenæ in Nova Hol-" Landia, Lappia, et Esquimauxia, indoc-" ti incultique, veluti pecora, vitam transigen-" tes, plùs satìs ostendunt (z)."

Cookius

⁽z) Vid. MACKINTOSH. Disputat. Physico-Med. Inaug. De hominum varietatibus earumque causis, § xvIII.

COOKIUS autem cujus animus à partibus disputantium philosophorum liber erat, certiores nos facit, Novos Hollandicos rude et miserum genus hominum esse, "though natives "of a country capable of producing every "necessary of life, and a climate the finest "in the world (A)."

Dum orientalis semiorbis tres distinctas gentes humani generis videndas offert, NI-GRAM, nempe, Fuscam, et albidam; occidentalis, qui, à quinquagesimo sexto gradu declinationis in australem circuli æquinoctialis partem, pertinet ad eundem gradum declinationis ab hoc circulo in septentrionalem, per septies octiesve millies millia passuum, aboriginibus tenetur, quibus constat color subruber seu cupreus.

Neque enimvero, per totam Americanam continentem, eas capillorum varietates conspicamur, quas, alibi terrarum, cœlo effici pu-

tant

⁽A) Vid. Cook. Voyage,

tant auctores, qui omnes humani generis populos, utcunque multicolores sint, iisdem parentibus, primordio mundi, ortos esse contendunt.

Horum sane auctorum opinio, de capillorum varietatibus, adhuc minus, quam ea, de variis hominum coloribus, rebus ipsis confirmatur. Etenim in occidentali ora Africa, ubi plùs, quàm alibi terrarum, cutis color variare, cum loci declinatione, videtur, nihil apparet, ex quo concludatur, varietates capillorum ex cœlo oriri. Namque MAURI, qui septentrionalem Africæ partem habitant, atque CAFFRARII, qui australem, tametsi minus, quam ÆTHIOPES, nigri sint, tamen inter se differunt capillorum texturâ et longitudine : quippe cum Maurorum capilli longi sint et luxuriantes, atque, ut à Buffonso (B) accipimus, in quibusdam ferè ad calces

⁽B) Vid. Buffon. Hist. Naturelle, tom. vi. pag. 184,—221.

calces demissi; dum ii CAFFRARIORUM breviores sunt, et magis lanei iis ÆTHIOPUM, usque profectò eò, ut villos referant (c).

Quinetiam capilli pensiles et crassi Americæ, interspersarumque australi oceano insularum, aboriginum communes, capillis intortis et laneis ÆTHIOPUM dissimiliores sunt, quam ii Europæorum. Quo satis constat; colorem cutis alia causa effici, atque ea, qua capillorum varietates.

Nonnulli contendunt, ÆTHIOPIBUS, quàm Europæis, breviores capillos esse, ob eandem causam, ob quam pili, quibus pelles animalium viliorum muniuntur, breviores sunt in calidis regionibus, quàm in frigidis.

Whitius verò magnum discrimen ostendit inter pilos, quibus instruitur animalium pellis, quò hæc à frigore tutetur, quique hieme

⁽c) Vid. Buffon. Hist. Naturelle, tom. vi. pag. 225. Whit. p. 90,-).

hieme magis crescunt, quam æstate; et eos, quibus ornantur capita, menta, et supercilia humani generis, quique, apud albidos Europeos, haud secus atque jubæ et caudæ viliorum quorundam animalium, magis, uti cognitum est, luxuriant æstate, quam hieme, atque calidis regionibus, quam frigidis.

Pili, enimvero, primi generis ex cute oriuntur, et ANNUI sunt: dum ii secundi generis, qui PERENNES, enascuntur bulbis in tela cellulosa cuti subjacente sitis, qui non membranis solum instruuntur, sed vasculis etiam et sensu præditi sunt.

Pilorum perennium variæ species sunt, veluti capilli, supercilia, cilia, et barba. Censet Whitius, capillos Æthiopum specie differre ab iis Europæorum, neque, ut quidam contendunt auctores, solam varietatem esse, quam cœlum et vivendi ratio effecerunt.

Sæpe dictum est, ovium Europæorum lanam, in calidis regionibus, in pilos desciscere. Ita verò esse, negat Wrightius, qui censet, in India Occidentali duas ovium species esse, quarum una lanâ vestitur, altera pilis. Utcunque sit, clarè constat, utrâlibet assumptione concessâ, capillos non in lanam calore converti.

Conati Buffonius et Smithius sunt, ex temperie cœli intra metas solstitiales ostendere, quemadmodum, in America, nulli Æthiopes seu nigri sint. Qua verò ex causa, nusquam Americæ, albi sint, utì nesciunt, ita non aggrediuntur exponere. In tam immensa tamen continente, quæ à septentrionibus ad austrum pertinet, fieri vix potest, quin alicubi cœlum sit, ei Galliæ aut Britanniæ simile. Nusquam autem Americæ, albi hominum existunt; nusquam veteris semiorbis, rubri aut cuprei.

Asserit

Asserit quidem Smithius, rudes homines, utpote qui non solum ignari sint, quibus modis semet à vi solis et tempestatis tutentur, sed etiam famem duriter tolerent, vel in temperatis regionibus, plus minus adustos esse.

Verùm certè non audebit affirmare Smithius, veteres Gallos et Britannos, quo tempore Romani, Julio Cæsare duce, eos tunc rudes et incultos invaserunt, cupreo colore fuisse, atque pensilibus, crassis nigrisque capillis, quibus, nostrâ ætate, sunt aborigines Americani. Si hoc asserit Smithius, pro concesso habere debet, hominum genus, utcunque nunc multicolor sit, rerum primordio nigrum aut fuscum fuisse (disse operam, ut ostenderet, non, quemadmodisse operam, ut ostenderet, non, quemadmodio

⁽D) Sic, utì accipimus, existimavit Joannes Hun-TERUS; idcirco quòd animalia viliora nigra nonnunquam pullos albidos edunt; nunquam verò albida animalia, pullos nigros.

dum ardores solis, bilem vitiando vel alioquin malè afficiendo, colorem fuscum nigrumve reddant, sed quemadmodum humanitas et cultus mutent colorem ex fusco nigrove in albidum.

Quàm invalidum, ad varios humani generis colores efficiendos, cœlum sit, jam satis supèrque exposuimus. Ostendimus enim, ÆTHIOPES non solum sub circulo æquinoctiali existere, sed etiam in regionibus utrique polo proximis, necnon in intermediis, æquè à polo utroque et orbe æquinoctiali distantibus. Quinetiam monstravimus, Albos hominum non in temperatis modò regionibus esse, verùm sub arctoo quoque circulo, itidemque octo decemve haud amplius gradus ab orbe æquinoctiali. Denique, exposuimus, ruscos hominum omni zonâ et omni declinatione existere.

Hac itaque rei nostræ parte absolutâ, nunc nobis consilium est, considerare, quantum ad varios

44 SUBDISPUTATIO PHYSICA EC

varios humani generis colores efficiendos possit alimentum.

Qui interiores Africæ regiones habitant, ii cibo composito ex terrà natis, maxima ex parte, vivunt, yamis (E) nempe, plantagine, banana, orizà, palmarum oleo, et consimilibus, quæ, profectò, terra affatim suggerit: dum aborigines Sinus navis Audacis, quibus similis sanè color est, similesque capilli, quibusque terræ solum duntaxat perpauca præbet, piscibus testaceis, ferè ex toto, famem tolerant.

Aborigines Insularum Sandviciarum iis Novæ Zealandiæ colore et capillis simillimi sunt. Illis tamen abundant fructus artocarpi (F), plantagines, et porci: hi, contrà, quippe quibus hæc ignota sint, et perpauca tantùm esculenta terrà nata, piscatu, maxima

⁽E) Dioscorea bulbifera, LINN.

⁽F) Anglice, Bread fruit tree.

DE HOMINUM VARIETATIBUS. 45

maxima ex parte, vivunt, cujus varias iis species natura abundè suppeditat.

Aborigines, contrà, Ansularum Socia-Rum, atque Novarum Hebridum, quamvis iisdem utantur cibariis, sunt aspectu tamen inter se dissimillimi.

que ferarum, quas, per immensas silvas, summo studio venantur et feriunt, ferè ex toto vivunt. Brasilienses, contrà, rarissimè carnibus famem explent, terrà natis contenti, quæ iis solum ubertim suggerit. Revera iisdem ferè, quibus aborigines interiorum Africæ regionum, vescuntur. Indigenæ Terræ Delfuegæ, quibus, miserandis silvæ, pariter atque terræ solum, victum negant, solo piscatu vivunt, quem iis præbet tumultuosum mare, quod undique litoribus se præcipitat. Iis enimvero crudus adeps, ex tergis phocarum extractus, maximis deliciis

est. Neque, profectò, hoc mirum; rarò enim vulgaria temnit jejunus stomachus.

Verum, tametsi Americanæ gentes, tantis spatiis discretæ, alimentis prorsus diversis vivant, colore tamen et capillis vix, imò ne vix quidem, differunt.

His igitur cognitis, quipote affirmabit ullus, cœlum et alimentum, per se, ad colorem humani generis variandum, imò etiam mutandum, valere? Quippe, si valeant, quare non æquè pollent, ubique terrarum? Quare aboriginibus Americanis, qui immensam continentem, tam solo terræ quam cœlo variam, tenent, idem ubique est cupreus color? Quare OUHYHÆENSES atque Novi ZEALANDICI, qui septuaginta orbis terrarum gradus inter se distant, et diverso victu utuntur, concolores sunt; dum Novi ZEALANDICI, et Novi Hol-LANDICI, exiguo tantum spatio interfluentis oceani discreti, et eodem ferè sub cœlo, similique victu utentes, sunt tamen colore dissimillimi?

dissimillimi? Quare tanta ÆTHIOPIBUS, ad ripas GAMBIÆ fluvii, similitudo coloris est, cum aboriginibus Sinus Navis Audacis; qui sanè non solum, in opposito hemisphærio, dimidium circuitûs orbis terrarum distant, verum etiam aliam zonam habitant, victuque longè alio utuntur: dum Afri, ex oppositis ripis SENEGALIS fluvii, qui, qua in parte latissimus est, millia haud amplius passuum patet, tam colore quam capillis dissimillimi sunt?

Ad hæc quæsita optatò respondere non possunt ii, qui communem humani generis originem, primordio rerum, fuisse credunt.

Nunc res poscere videtur, ut quibus ÆTHIO-PUM et ALBORUM corpora fabricà differant. paucis exponamus. Hæc nuperrimè CAM-PERUS, SOEMMERINGIUS, BLUMENBACHIUS, et Whitius fusè explicârunt. 'Quoniam autem, de cæteris, nimii fuimus, perpauca tantum, ut quæque memoratu dignissima videntur, de hac rei nostræ parte, dicere possumus.

Neque, profectò, nobis in animo est, tempus terere disserendo, quantillum ad hæc efficienda cœlum et alimentum polleant. Enimverò nequaquam opus est: quippe si, id quod, ni fallimur, jam satis supèrque demonstravimus, cœlum et alimentum nequeant colorem mutare et capillos, multo minus certè possunt mutare fabricam solidarum partium, quæ suâpte naturâ mutatu multo difficiliores sunt. Ipsi utique auctores, qui omnes nervos contendunt, ut probent, primos parentes omnium humani generis populorum communes fuisse, non possunt, quin confiteantur, nescire se exponere, quemadmodum cœlum et alimentum possint fabricam solidarum partium humani corporis mutare (E).

Sunt,

⁽E) Vid. CAMPER. On the Connection between Anatomy and Painting.

MACKINTOSH. Disput. Physico-Med. Inaug.

De hominum varietatibus earumque causis, § CXXXVIII.

Sunt, qui, utì Whitius, censeant, aliam atque aliam fabricam, aliis humani generis gentibus propriam, indicare, nec interruptam seriem esse declinationis ab ALBIS EUROPÆIS ad viliora animalia; et notas, quibus ÆTHIOPES AFRI discriminantur ab EUROPÆIS, genere easdem esse, utcunque gradu differant, cum iis, quæ simias ab Europæis distinguunt.

" How many gradations," inquit SMEL-Lius, " may be traced between a stupid " HURON or a HOTTENTOT and a profound " philosopher? Here the distance is im-" mense.-But nature has occupied the whole " by almost infinite shades of discrimination. " -- In descending the scale of animation, " the next step, it is humiliating to remark, is " very short .- Man, in his lowest condi-" tion, is evidently linked, both in the form " of his body, and the capacity of his mind, " to the large and small ouran outangs. These " again, by another slight gradation are con-" nected to the apes."

Proprietatum autem, quibus discriminantur Europæi et æthiopes, præcipuæ in capite sunt. Neque, contendit Soemmeringius, hæ arte aut casu efficiuntur, sed constantes sunt, si non perpetuæ. Cavum cranii, ut observando concludit, in nigris minus est, pro faciei atque sensuum organorum magnitudine, quàm in Albis.

Linea, cui facialem dixit nomen CampeRus, ingenio præclarus, cursu, quo demittitur,
eminentiores frontis labrique superioris partes
tangit. Si hæc linea in aliam incidat lineam,
productam à radice nasi super alterutra genarum ad meatum auris externum, angulus inter lineas, incidentem et transversam, interceptus, indicabit, quantum inter se differant
calva albi hominis eaque Æthiopis, itemque
quatenus hujus calvam simulet ea simiæ.

Qui in hanc rem animos multum intenderunt, ii censent, quo major hic angulus in quoque animali est, eo sanctius hoc esse, et

altæ

altæ mentis capacius, et vice versâ. Sed, de hac re, Whitio auscultemus.

" Perhaps the angle," inquit hic auctor,

" made by the facial line may be estimated

" as follows: That of the EUROPEAN, from

" ninety degrees to eighty: of the ASIATIC,

" from eighty to seventy-five: of the AME-

" RICAN, from seventy-five to seventy: of

" the African negro, from seventy to sixty:

" of the Orang, from sixty to fifty: of the

" common Monkey, from fifty to forty. It

" is still less in the Dog, and still more so in

" birds. There is, therefore, a perfect and re-

" gular gradation in the inclination of the

" face, from the perpendicular line of the Eu-

" ROPEAN man, to the horizontal one of the

" Snipe or Woodcock; in which last there is

" no room in the jaws for teeth."

Demonstravit Camperus, in venustissimis, quæ extant, Græcis formæ exemplaribus, ossa capitis propria, id profectò, quod opinioni, quam de linea faciali proposuit, consentaneum est, maximam ad ea faciei rationem habere.

In fingendis autem calvis NIGRORUM, natura contrariam huic formam sibi proposuisse videtur. In NIGRIS enim non solum ossa malarum, ossa maxillarum, dentes, itemque musculi quorum ope cibus dentibus comminuitur, majora sunt, quam in Albis; verum etiam cava, quæ sensuum organa formant et tutantur: ideoque accommodatiora forsitan ad suos usus sunt in illis hominum; quam in his, quibus mens altior et perspicacior plus quam compensat organorum corporeorum inæqualitatem.

Certiores nos facit Walterus, in ÆTHIOPE seu NIGRO, cujus cadaver ferro patefecit, substantiam medullosam cerebri duriorem firmioremque fuisse, quàm in albis solet; atque, ut interdum ea insanorum, resiliendi vi præditam.

Quanquam

Quanquam cerebra NIGRIS hominum minora sunt, quam ALBIS, nervi tamen, qui ex illorum cerebrorum basibus enascuntur, aliquanto crassiores sunt, quam qui ex horum.

Si ex collata cerebri et cæteri corporis magnitudine judicamus, alia haud pauca animalia sunt, quæ cerebri magnitudine hominibus antecellunt; aves, videlicet, phocæ, quadrupedum haud pauca exiguiora, omnesque simiarum species. Quòd si cerebri moles cum nervorum illine natorum crassitudine comparatur, hominum cerebrum magnitudine multo excedit id cæterorum animalium (H).

Duntaxat exigua, ut Soemmeringio videtur, portio cerebri ad meram vitalitatem necessaria

⁽H) Vid. SOEMMERING. De Base Encephali et Originibus Nervorum Cranio Egredientium, GOTTIN-GÆ, ann. M,DCC,LXXVIII.

Monro. Observations on the Structure and Functions of the Nervous System, EDIN. ann. M,DCC,LXXXIII.

cessaria est. Si ita sit, præsumere licet, ea animalium, quibus est cerebrum multo majus, quàm quod ad vitalitatem sufficiat, mentis capaciora esse. Hoc concesso, homo utì mente, ita cerebri magnitudine, præstat cæteris animalibus; atque cæteris hominibus, Europæus.

ÆTHIOPES, et ALBI hominum, multum, uti mensurâ compertus est Whitius, inter se differunt brachiorum longitudine.

Quinquaginta enim ÆTHIOPUM seu NIGRO-RUM, ætate dissimilium, sexu disparum, et aliis atque aliis plagis natorum, brachii longitudinem subtiliter permensus est; atque, comparatione facta, in omnibus cubitum, pro humeri longitudine, et proceritate totius corporis, longiorem, quam in Albis esse solet hominibus, invenit.

In osseis Europæorum larvis, os humeri duobus plerumque tribusve, imò etiam pluribus interdum, pollicibus transversis longitudine os ulnæ ulnæ excedit. In venustissimis formis, scilicet in Medicea Venere, brachium superius quatuor vix minus pollicibus transversis cubito longius est. Osseæ autem larvæ Æthiopis, quæ penes Whitium est, humerus haud amplius pollice transverso, et octavâ pollicis parte, ulnam longitudine excedit.

In simiarum quibusdam, humerus et cubitus æquè longi sunt. Cercopithecorum ulna aliquanto plerumque longior est humero.

Humerus igitur, pro ulna seu cubitu, longior est in ALBIS hominum, quàm in NIGRIS; in NIGRIS hominum, quàm in simiis; atque in his, quàm cercopithecis.

Porrò, utì demonstravit Whitius, plantæ pedum nigrorum multo planiores sunt, quàm eæ Europæorum. Illorum os calcis præcipuè, non longitudine solùm et latitudine ab eo horum differt, sed formâ etiam et positurà; quippe quoniam cum ossibus tarsi non arcum format, sed rectam ferme lineam.

NIGRORUM

NIGRORUM quoque manus, utì STRACKIUS notavit, planiores sunt, quam eæ Alborum. Quinetiam, ait SOEMMERINGIUS, illorum digiti omnes, tam manuum quam pedum, ossibus sesamoideis instruuntur; ii verd horum rarissimè. La roinnet menus entre et alle

Ad hoc, ossa tam femorum, quam crurum, ex anteriore parte, gibba sunt NIGRIS hominum, rarissimè autem ALBIS. Illorum, porrò, ossa crurum, horum rarò item, obliquè extrorsum collocantur, sub condylis ossis femoris; adeò ut genua longiùs inter se distent. atque pedes nonnihil flectantur extrorsum.

Huc accedat, quòd gastrocnemii musculi exiguiores sunt, etiamque altiores in ÆTHIO-PIBUS, quam in ALBIS; atque in ORANG OU-TANG, quam in ÆTHIOPIBUS. In cercopithecis desunt.

Ex discriminibus, quæ memoravimus, fit, WHITIO judice, ut NIGRI hominum, dum seelited meant admit un lendline and telement cus

cus multo, atque ALBI, gradiuntur, gressu nonnihil referant simias.

Cutis, cujus tenuitate, utì censet BLUMEN-BACHIUS, homines cæteris animalibus longè. antecellunt, nigris multo crassior est, quàm ALBIS; NIGRIS autem tenuior, quam cercopithecis.

Nigri, ut à Whitio accipimus, multo rariùs sudant, quam ALBI; adhuc rariùs, simiæ; canes, nunquam.

Exhalatio ex cute ÆTHIOPUM rancidior est et magis olida, quam ex ea Alborum; ex cute quarundam ÆTHIOPUM gentium, quam aliarum. Pessimè omnium olet exhalatio ex cute simiarum.

Plurimi putant, in calidis regionibus, fœminis menses magis abundare, quàm in frigidis. Accidere quidem potest, ut fæminæ, quæ ex Europa in regiones solis ardoribus adustas migrârunt, aut, sub fervido cœlo, Europæis parentibus natæ, menses uberiùs profundant. H

profundant. Whitius autem, ut ipse asserit, à testibus locupletissimis certior factus est, nigras fœminarum parciùs menses effundere, quàm albas. Simiarum purgationes parciores sunt, etiamque fœminarum cynocephalorum, quàm eæ nigrarum fœminarum. Multo adhuc parciores purgationes fœminarum cercopithecorum.

Herderus, etsi opinetur, omnes hominum gentes communibus, mundi primordio, parentibus ortas esse, affirmat tamen, nigros mirabili procreandi potentia gaudere. "A hun-" dred children," inquit, " are a trifle to a ne-" gro; and an old man, who had not above " seventy, lamented his fate with tears (1)."

Temperies NIGRORUM, qualem indicat thermometrum Fahrenheiteanum, fertur duobus
gradibus minor esse, quam Europæorum.
Ita verò esse, nonnulli negarunt. At cutem tamen æthippum, paulo ea cæterorum
hominum

⁽¹⁾ Vid. HERDER. pag. 151.

hominum frigidiorem esse, consuetudo Turcorum communis verisimillimum reddit.
Turci enim, omnium hominum mulierosissimi, neque religione et moribus prohibiti,
ne omnia experiantur, quibus effrænatissimam libidinem expleant, æstate concupiscunt Æthiopissam, quacum concumbant;
vere, candidam amabilemque Circassam;
hieme, Europæam.

Esquimauxiorum, ut à Kamesio accipimus, qui in frigidissimis sanè regionibus inhabitant, sanguis itemque oris halitus admodum calidi sunt: ex quo, et aliis simul concurrentibus, concludit hic auctor gravis et
ingenio clarus, diversas hominum generis
gentes diversis orbis terrarum partibus, spatio discretis et cœlo dissimilibus, à provida
utilitatis natura, rerum primordio, accommodatas esse (K).

Hanc

⁽K) Vid. KAMES. Sketches of the History of Man.

Hanc opinionem speciem saltem veritatis habere, ostendunt ea, quæ Guthreius, gente Scotus, Petropoli medicinam faciens, literis prodidit, de incredibili ferè calorem generandi frigusque tolerandi potentia, quam possident Tisichutsci; qui sub cœlo vivunt, ubi, utì suprà memoravimus, vim frigoris expertus est Billingius, eâ sanè intensiorem, qua consistit hydrargyrus. In re autem tanta, ipsum citabimus auctorem.

"During this severe cold," inquit, "the NOMADE TSCHUTSKI, who were conducting "him (BILLINGS) along the coast of the "FROZEN OCEAN, in sledges drawn by "rein-deer, encamped every night on the "frozen snow, in low tents, which they "quickly formed of the skins of rein-deer, spreading some of them on the surface "of the snow, on which they all slept; "and he assured me, that, so far from suffer- "ing cold during the night, the heat was so bear "ing cold during the night, the heat was so bear

" excessive

DE HOMINUM VARIETATIBUS. 61

- " excessive in these fur-tents, where ten or
- "fifteen slept together, according to their
- " dimensions, that no one could bear even a
- " fhirt, but all lay in a violent perspiration
- " naked as they were born, till dawn of day,
- " without the aid of fire, excepting a train-
- " oil lamp which lighted each hut."

Observando innotuit, ex NIGRIS, in INDIA
OCCIDENTALI, natos, intemperatissimos calores impuniùs tolerare, quàm natos ex Albis:
contrà, in regionibus orbis terrarum polis
finitimis, NIGROS hominum, quàm Albos, frigorum intemperantia multo graviùs affici.
Nonnunquam, uti testatur Whitius, NIGRORUM digiti pedum frigoribus torpescunt et
emoriuntur, quæ eos Europæorum nullo
ferme malo afficerent.

Diversæ autem gentes humani generis non solum inter se differunt colore, capillis, corporum fabrica, atque calorem frigusque tolerandi potentia, sed etiam corporis proprietate, præ qua, utì observârunt medici, quæque in alios morbos proclivis est, ab aliis immunis.

Magna vis pestilentiæ, in insula NANTU-CHETA aliâque vicinâ, orta est, quæ, paucis mensibus, indigenarum plurimos adorta est et absumsit (L). "What is still more re-" markable," inquit auctor qui hanc describit, "than even the great mortality of the " distemper is, that not one English person " had it in either of these islands, although the " English greatly exceed in numbers; and "that some persons in one family, who were " of a mixed breed, half Durch and half " Indian, and one in another family, half " DUTCH and half NEGRO, had the distem-" per, and all recovered; and that no per-" son at all died of it, but such as were en-" tirely of Indian blood."

NIGRI.

⁽L) Vid. Philosophical Transactions in ann. M,DCC,LXIV.

NIGRI, utì dicunt auctores, tetano sæpius corripiuntur, atque correpti pereunt, quàm Europæi. Gregorius (M), de medicina practica praelegens, audientibus, Robisone auctore (N), dicit, nigrum ministrum cauponium in Britannia, digito inauspicatò inciso, tetano protinùs correptum esse, et, quartâ horæ parte, interivisse.

"The locked jaw," inquit Moseleius, "ap-

" pears to be a disease entirely of irritability.

" Negroes, who are most subject to it, what-

" ever the cause may be, are void of sensibi-

" lity to a surprising degree. They are not

" subject to nervous diseases. They sleep

" sound in every disease, nor does any mental

" disturbance ever keep them awake. They

" bear chirurgical operations much better

"than white people; and, what would be

" the

⁽M) Aud. GREGOR. Prælect. De Medicin. Practic. in ACAD. EDIN.

⁽N) Profess. Philosoph. Natural. in ACAD. EDIN.

" the cause of insupportable pain to a white

DE HOMINUM VARIETATIBUS.

" man, a negro would almost disregard. I

" have amputated the legs of many negroes,

" who have held the upper part of the limb

" themselves (o)."

Asserunt multi medici, qui, in India Oc-CIDENTALI, artem Apollinarem exercuerunt, NIGROS majorem plerumque medicamentorum dosin requirere, quàm alios incolas.

HUNTERUS, in libro, in quo morbos persequitur, in quos, in Jamaica, India Occidentalis insulâ, milites incidere solent, his verbis utitur: "We are hitherto much in the dark re" specting several diseases, that are in a great
" measure confined to negroes in that part of
" the world. A better history of them
" would enlarge our knowledge of patho" logy, and teach us, I doubt not, many
" new

⁽o) Vid. BENJAMIN. MOSEL. Treatise on Tropical Diseases.

" new and interesting facts in the animal eco" nomy (P)."

"The cacabay," inquit idem auctor, "is

"a negro name for a disease not known a
"mong Europeans, or their descendants, as

"far as I could learn. It begins in whitish

spots upon the skin, near the ends of the

extremities.—Those spots turn to ulcers,

commonly upon the fingers and toes; there

" is much swelling and pain, and the joint af-

" flicted drops off, without any mortification.

" The sore afterwards heals up, and remains

" well even for months, but returns again;

" affects the next joint, which, after a time,

" drops off; and the disease attacking one

" joint after another, in the end reduces the

" miserable sufferer to a mere trunk .- It con-

" tinues often several years before it proves

I "fatal.

⁽P) Vid. JOANN. HUNTER. On the Diseases of the Army, p. 305.

" fatal.-No remedy has been found either to

" cure it, or much retard its progress."

Impura quoque devorandi appetentia morbus est, uti perhibet Hunterus, NIGRORUM proprius. " Dirt-eaters, as they are called, " can seldom or never be corrected of this " unnatural practice, for their attachment to " it is greater than, than even that of dram-" drinkers to their pernicious liquor. They " have a predilection for particular kinds of " earth at first; but, in the end, will eat plas-" ter from the walls, or dust collected from " the floor, when they can come at no other." " -A negro labouring under this malady is " considered as lost. On many estates, half " the number of the deaths, on a moderate " computation, are owing to this cause. "They are not to be deterred from it by " stripes, promises or threats."

Nigri autem, uti certiores nos faciunt fidi auctores, Joannes nempe Hunterus, Li-

DE HOMINUM VARIETATIBUS. 67

NINGIUS, WHITIUS, THOMAS HUNTERUS (P), vix omnino flavæ febri opportuni sunt, quæ, in America et India Occidentali, tot millia alborum absumit. Rari quidem nigri à Chisholmio, Careio, aliisque auctoribus, memorantur, qui hac febre correpti sunt. Verùm inter omnes tamen convenit, febrem flavam rarissimè nigros hominum invadere, et, etiam cùm invaserit, plerumque medicinæ cedere, et ferme nunquam esse lethalem.

Contendunt nonnulli philosophorum, animalium mares et fæminas, qui possunt procreare prolem, novam vicissim prolem generandi potentem, specie convenire, utcunque colore aliisque notis externis differant: et, contrà, hybridas, seu animalia genita à parentibus specie diversis, steriles esse.

Interdum

⁽Q) Vid. THOM. HUNTER. Disput. Med. Inaug. De Flava Indianum Febre, & LXXVI.

Interdum verò, potissimum in calidis regionibus, hybridæ, ut accepimus ab auctoribus
satis fidis, prolem progenerant. Confitendum
autem est, hoc rarissimè accidere. Namque,
quatenus ex observando constat, est, quare
opinemur, hybridas, seu animalia quorum parentes specie differunt, rariùs cæteris animalibus procreare; atque proles, aliam post
aliam, minùs fœcundas evadere, donec tandem
generascere omnino cessent (R).

animalibus, sed etiam de humano genere, affirmat Longius; qui certiores nos facit, hybridas, quorum parentum unus niger fuit, altera alba, vel unus albus, altera nigra, nunquam,
quantum cognovit, procreare; et suspicatur,
hybridam fœminam, quæ, marito itidem hybridæ nupta, conceperit et genuerit, cum adultero non bigenero clanculum concubuisse.

Idem

⁽R) Aud. Monron. Pralect. in Acad. Edin.

DE HOMINUM VARIETATIBUS, 69

OCCIDENTALI inhabitant. Quòd si eatenus verum esset, quatenus putant, oportet multo latius pateat suspicio.

Utcunque verò sit, hybridæ, in America et India Occidentali, multo sanè pauciores sunt, quàm fuissent, si æquè, ac cæteri homines, fœcundi essent. Unde verisimillimum est, hybridas, qui Alborum Nigrorum que concubitu et mistu generati sunt, cæteris humani generis esse infœcundiores.

Qui contendunt, communes humani generis, rerum primordio, parentes fuisse, ii non possunt, quin, pro concesso, habeant, AMERICAM primos incolas accepisse ab orientali semiorbe.

Huic verò assumptioni contradicatur, Ame-RICAM, quo tempore primum lustrata est, habitasse animalia, quorum maxima pars neque EUROPÆ, neque ASIÆ, neque AFRICÆ, cum illa continente, communis erat. In borealibus quidem partibus, ubi orientalis semiorbis et America ad se invicem proximè accedunt, et perenni glacie una continens fiunt, animalia quædam sunt utriusque communia.

Intra metas autem solstitiales, animalia omnia, in temperatis regionibus, longê pleraque, sibi propria habet continentum utraque.

Reverà nulla animalium, nisi quæ frigora tolerare possunt, et procreare in iis regionibus, ubi continentes maximè appropinquant, et perenni glacie una fiunt, orientalis semiorbis et occidentalis communia sunt.

Hoc itidem, de humano genere, verum videtur. Nam, nisi in frigidissimis partibus, ubi homines, haud secus atque viliora animalia, perpetuâ glacie ultrò commeare citròque possunt, aborigines Americæ dissimillimi sunt iis semiorbis orientalis.

JEFFERSON, de quadrupedibus VIRGINIENsibus disserens, his verbis dicit: "It appears, "that " that there are One Hundred species aborigi-

" nal of AMERICA. Monsieur de Buffon sup-

" poses about double that number existing on

" the whole Earth. Of these EUROPE, ASIA and

" Africa furnish (suppose) One Hundred

" and Twenty-Six; that is Twenty-Six com-

" mon to Europe and America, and about

" a Hundred which are not in AMERICA (R)

" at all.—The AMERICAN species, then, are

" to those in the rest of the earth, as One

" Hundred to a Hundred and Twenty-Six,

" or as Four to Five.-But the residue of

" the Earth being double the extent of AME-

" RICA, the exact proportion would have

" been, as Four to Eight (s)."

⁽R) Certiores etiam nos facit JEFFERSON, apes AMERICÆ non esse aborigines.

⁽s) Vid. JEFFERSON. Notes on the State of Virginia, p. 94.

DE HOMINUM VARIETATHUS

that there are One Hundred species aborigistall.-The American species, then are

The property shall not make throughout (8)

AND MARK THE PROPERTY AND ASSESSED AND ASSESSED AND ASSESSED AND ASSESSED ASSESSED.

Terresion to contract the confidence

NAMES OF PERSONS ASSESSED.